

D O M M O V D

DE



LITTERALI, AC MYSTICA

REGVLARVM IVRIS CANONICI

Interpretatione, & veritate.

OPVS IVRIS PERITIS VTILE

THEOLOGIS VALDE ACCOMMODVM,

CONFESSARIIS OPPORTVNUM.

Verbiq. De Concisionibus seu propriis, omnibus etiam cuiuscunque
Professionis non iniucundum.

*In quo usque ad intima fit declaratio Regularum Iuris Canonici in triplici sensuum
appositione Quaestionum Praambularium apprime declarantiu nodum multarum
difficultatum Theologicalium, Legalium, & Moralium parantiu
viam ad ipsasmet Regulas Iuris Canonici.*

Ac pro libero vti opere in Dicit Tomo dicitur.

AVCTORE

FRATRE PAVLO GARRARIA

DE CASALI MONTISFERRATI

Almi Ordinis Praedicatorum, ac Prouinciae vtriusque Lombardiae Sacrae
Theologiae Magistro, & nunc Regente in Generali Studio
Sancti Dominici de Bononia.



BONONIAE

Apud Haeredes Ioannis Rossi. M. DC. XVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Nos Frater Seraphinus Siccus Papiensis Sacre Theologiæ Professor, ac totius ordini
Prædicatorum humilis Magister Generalis, & seruus.

Cum acceperimus Te Admodum Reuerendum Patrem Magistrum Fratrem Paulum Carraria-
m de Casali Prouincia nostra utriusq; Lombardia, quoddam opus edidisse de literalis, &
mythica regularum Iuris canonici interpretatione, & veritate, quod si typis expressum in lucem pro-
diret non parua ad Dei gloriam, & proximorum eruditionem, publica proueniret utilitas, qua-
re Tenore presentium precipimus tibi in virtute Spiritus Sancti, & Sancta obedientia sub for-
mali Præcepto, ut seruatis omnibus, & singulis seruandis tam iuxta Sacri Concilij Tridentini
sanctiones, quam Iudicis nuper editi regulas, ac deniq; omnibus alijs iuxta nostrarum seriem legum,
dummodo reuidentur ab admodum Reuerendis Patribus Magistris Fratre Petro Martyre de
Urceis, Fratre Lactantio de Cremona, & Fratre Ioanne Baptista de Sextula, quàm primum ad
publicam utilitatem, uti prædiximus, excudenda procuret. In nomine Patris, & filij, & Spiritus
Sancti Amen. In quorum fidem, &c. Datum Bononiæ die 20. Septembris. 1614.
Frater Seraphinus qui supra.

Loco quondam admodum Reuerendæ Patris Magistri Fratris Petri Martyris de Urceis Re-
uerendissimus Pater Generalis substituit Reuerendum Patrem Fratrem Petrum de Florentiola
Lectorem Theologum in eodem Conuentu Sancti Dominici de Cremona pro reuisione prædictorum
operum, prout supra.

Ita est Frater Ioannes Baptista Bosius de Capriata Magister, & Socius.

Locus

sigilli.

Nos infra scripti maiorâ iussu librû huc, qui de literalis ac mythica Regularû Iuris canonici in-
terpretatione, & veritate inscribitur labore, & industria Religiosissimi, ac doctissimi viri Admo-
dû R. Patris Sacre Theologiæ Magistri, Fratris Pauli Carrariæ de Casali Montisferrati edi-
tion diligenter inspeximus, & nihil in eo contra fidem, bonos mores, aut sanctiones Ecclesiasticas
reperimus: quinimò multa deuotione, ac doctrina refertum, pluribus profuturum esse ad iudicauimus;
In quorum fidem his manu propria subscripsimus Dat. Cremona die 15. Februarij. 1615.
Ita est Frater Ioannes Baptista de Sextula Magister, & Prior

Sancti Dominici de Cremona.

Frater Lactantius Cremonensis Magister.

Frater Petrus de Florentiola Lector Theologus.

Locus

sigilli.

Nos infra scripti ex Reuerendissimi Generalis nostri Commissione recognouimus quatuor vl-
timas Regulas supra sex primò recognitas, nilq; contra fidem vel bonos mores reperimus. Imò omnia
& singula in eis contenta, tamq; veritati cõsona, & Lectoribus valde proficua digna impressione
Iudicauimus. In quorum fidem. Die 7. Martij. 1617.

Ita est Frater Sixtus de Mutina Baccalaureus.

Frater Claudius à Burgotari Sacre Theologiæ Lector, & in almo Studio Bononien.

Magister Studentium manu propria.

D. O. M. M. V. D.

DE
LITTERALI AC MYSTICA
REGVLARVM IVRIS CANONICI

Interpretatione, & veritate.

TOMVS PRIMVS
QVÆSTIONES PRÆAMBVLARES;

AVCTORE, ET EXPOSITORE

FRATRE PAVLO CARRARIA
DE CASALI MONTISFERRATI

Almi Ordinis Prædicatorum, ac provincie vtriusq; Lombardia Sac. Theologia
Magistro, & nunc Regente in Generali studio S. Dominici de Bononia.

QVÆSTIO PRIMA.



ANTEQVAM aggrediamur
opus declarandi regulas in
particulari, quatuor præ-
mittimus Quæstiones præ-
ambulares; quæ maxime
aperiunt nodum omnium
dicendorum, suntq; valde utiles pro quacunque
materia speculativa, moralis, necnon legali.

Quæstio igitur prima querit de qualitate
scientiæ Canonica in genere. Circa quam septem
inuestigantur. Videlicet.

Primò, verum scientia sacrorum Cano-
num sit necessaria homini ordinato ad bo-
num commune civilitatis Christianæ.

Secundò, verum notitia, siue habitus, qui ex
sacris Canonibus colligitur sit scientia proprie
loquendo de scientia, ut nimirum sit habitus
per demonstrationem acquisitus.

Tertiò, verum hæc scientia, quæ Canonica
dicitur sit subalternans, aut subalternata,
cui subalternetur.

Quartò, verum sit scientia speculativa, an
practica tantum.

Quintò, verum habeat subiectum, et quod
nam illud sit.

Sextò, verum hæc scientia, quæ Canonica

dicitur, sit dignior alijs scientijs.

Septimò, verum flaret dignitate scientiarum
in genere, maxime autem scientiæ Canonica, in-
citum sit appetere cathedram magistralem, siue
magisterium ad ipsas docendas.

QVÆSTIONIS PRIMÆ
ARTICVLVS PRIMVS.

Verum scientia sacrorum Canonum sit necessaria
homini ordinato ad bonum commune
civilitatis Christianæ.

Videtur quod scientia sacrorum Canonum
non sit necessaria.

Primò, quia sufficere, manemus instrui, quo
ad intellectum in Philosophicis scientijs speculati-
uis, & quo ad affectum in scientijs moralibus, ergò.

Secundò, Baruch. 3. de Christo dicitur, *Et sic ad Baruch
innuit omnem disciplinam, & dedit illi Jacob pater
suo, et Israel dilecto suo, ergò sufficit sac. Scrip.*

Tertiò sacra Scriptura multo fulius, & tubeli-
us pertrahat de fide, de sacramentis, alijsque
necessarijs; ergò ista non est necessaria.

Quartò fiduciam quod sit necessaria, per litibus se-
datis, & patet, quod ius civile sufficit ad hoc, ergò.

Sed contra est quod habetur dist. 38. c. nulli,
vbi dicitur: *Nulli sacerdotum liceat canonem igno-
rare, nec quidquam facere quod possit Patrum re-
gulis obviare; & eadē dist. c. Sacerdotibus, ex D.*

Hieronymo idem habetur, & confirmatur aucto-
ritate Apostoli 2. Timoth. 2. *Omnis scriptura di-
vina inspirata utilis est ad docendam.*

D. Aug. titer est sent. *D. Aug.* in Enchir. c. 101. ubi aperte docet quod homo aliquando bona voluntate, potest velle oppositum eius, quod fieri vult Deus.

Abulen. Quare Abulen. tenet quod non solum non tenet hanc habere conformitatem in volito naturali, & particulari, sed si vellem morrem, siue damnationem patris mei, etiam stante quod Deus illum velle, pecco mortaliter.

21 Nec est par ratio de Beatis, qui voluntatem omnino conformem habet voluntati diuinae. Siquidem ex hoc quod videt Deum clarè etiam inuentur causas particulares dispositionum Dei, & sic omnino conformantur, non sic euenit nobis.

Sufficit ergo quod velimus iustitiam Dei, & non cliciamus ad eum suè volitionem contrariè ei quod vult Deus. v. g. volendo quod non adimpleatur voluntas Dei, hoc enim esset auferre ex diametro illam ordinabilitatem ad bonum commune, quod nullo modo licet, & ratio est in promptu, quia vnusquisq; potest iuste velle, quod Deus vult illum velle, sed vnusquisq; mandatur velle, quod verè bonum est ergo iuste volo. Patet meum non caedi pro bono familiae meae, etiam quod in se Index velle illum occidi, si tamen non renitar in contrarium, vt dictum est.

22 Et hoc quod dicimus, non accipias tñ per ordinem ad voluntatem naturalem quà naturaliter vnusq; sibi refugit mali, sed etiam per ordinem ad voluntatem deliberatam, si tñ seruetur illa reuerentia per ordinem ad bonum commune, & Dei voluntatem in genere, & hoc consideratis rationibus particularibus cuiusq; volentis. nã vxor laetitia & stans potest iuste velle maritum suum non occidi quia ei charus est, sup. familie necessarius.

Quare his stantibus, alijs quibuscunq; non obstantibus potest iuste, & debet velle, etiam quod ex alia parte sibi innotescat illi esse morte dignum.

Censeo tñ quod si eadem vxor dictis rationibus mota nolit suum maritum non mori, & ex rationibus alijs, quis (neq;) est in damnum publicum, velit illum mori, propter istas rationes absolute; quod rectè faceret adhibendo Iustitiam, & bono publico, nò solum tacite, sed expressè per actum voluntatis elicium circa hanc referentiam ad bonum commune. Socus si perseveret in alijs rationibus vt dictum est, cum enim Christus orando dixit. *Pater si possibile est, transeat à me calix iste*, ni fallor, veramq; harum voluntatum in se declarauit.

23 In primis verbis, propriam, in secundis Dei, cui se submiserat. oportet igitur esse aduertere circa hoc quaestum, Circumstantias causantes volitionem quod enim Christus se

cit, hoc edidit sine dubio in documentum nò stru, & quaelibet voluntas deliberata, debet esse rationabilis, ex consequenti variatis rationibus, & causis volendi, nullum inconueniens quod pariter variatur volitio in nobis.

Aliud ergo est loqui absolute, aliud aliquo supposito nobis noto, & euidente. Vnde maxima cautela opus est nec precipitanda sententia.

Sentite de Domino in bonitate. Demum quia si contingat considerare aduersa, & contraria quae in hoc mundo sunt, & iterò in studio sacrarum scripturarum, vbi multa videntur minime nobis constare, imò nec comprehendi possunt à nobis propter illorum eminentiam, & dignitatem in his omnibus neq; desperandum, neq; opposendum, neque mormurandum est, sed cum reuerentia omnia suscipienda memores quod *nihil in terra sine causa sit, & quod minus de Deo sentit qui tantum de illa creauit, quod suo potest metiri ingenio. Nò enim via mea, via vestra dicit Dominus, sed sicut exaltati cali à terra, ita visio mea à vis vestris.* Quare semper sentiendum de Domino in bonitate.

26 Sequitur *et in simplicitate cordis*, quaerite illum, id est in cordis mundiciam, nam secundum *Aug. Idem est simplex Cor, quod est inuidum Cor, vel secundum Vgonem. Simplicitas cordis est, quando quod intelligit intellectus, hoc affectus diligit, vel diligit, quando quod ore promittitur, opere exhibetur, Cor enim diuisum non impetrat, & Ecclesiastici 2. *Vt ab aperiatis corde, & Clez, c. 10. Diuisum est Cor eorum, nunc interibant.* Hic enim verus est modus se conformandi Deo, & illum querendi, de quibus alibi dicitur à nobis. Vide reg. part. 2.*

Parat igitur ex omnibus dictis, quomodo Deo conueniat regula quae sibi est ratio agendi ad extra, & quod haec nihil aliud est quam ipsissima illius bonitas, quae etiam regula nobis.

Propositur sequenda, & imitanda, imò quam sequi, & imitari tenemur illi conformando in omnibus voluntatem nostram pro posse in ratione volendi, & ex debito in referentia ad bonum commune, & illius iusticiam, ac bonitatem quae est finis omnium quomodocunq; existentium, ac specialiter operantium pro illius consequitione in ratione obiecti Beatificantis quod idem qui verè bonus est, ex sua largitate concedat.

Et ista hinc pro hoc art. & quaestione complemento nec non termino quaestionum praambulariam ad Regulas Iuris Canonici interpretandas in sensu, modo, & ordine vt praediximus.



Explicit Tomus primus ad Dei gloriam, & Beatiss. V. Mariae Matris eius laudem, quibus ipsissimus auctor semper se commendat. Correctioni pie, & iussu S. Matris Ecclesiae submittenda, quae haec tenuis scripsit, & in futurum scripturus est. Benedicatur Deus. Amen.